96

lante spiritu mitteret quod virginitatem servare vellet nisi deus
aliud inspiraret sed illam voluntatem verbis non expresserat Postea
vero expresserunt et in virginitate permanserunt Consensit ergo
maria in maritalem societatem sed non in carnalem copulam nisi
de ea specialiter deus praeciperet et eius est consilio in maritalem
consensit copulam quia virginitatem servare volebat et ideo non aliud
consensisset in coniugalem societatem nisi familiari dei consilio
comperisset De quo augustinus de nuptiis sic ait beata maria
proposuit se servaturam votum virginitatis in corde sed ipsum votum
non expressit ore Subiecit se divinae dispositioni proposuit
se perseveraturam in virginitate nisi deus ei aliud revelaret
Committens ergo virginitatem suam divinae dispositioni consensit in
carnalem ~~copul~~ copulam non illam appetendo sed divinae inspi
rationi in utroque obediendo Postea vero sibi cum viro labiis
expressit et uterque in virginitate permansit

Inter quos ut ait augustinus perfectum fuit coniugium perfectum
autem non in significatione sed in sanctitate Sanctiora vero sunt coniugia
pari voto continentium Unde augustinus ad Ecdiciam Ex deo pari con
sensu voveratis ab eo perseveraveratis reddere debuistis a quo pro
posito si lapsus est ille tu saltem perseverares instantissime quia pariter
temperabatis a commercio carnali ideo maritus tuus esse
desisteret ymmo vero tanto sanctius coniuges manebatis
quanto sanctiora concorditer placita vota servabatis Perfectum
igitur fuit mariae et ioseph coniugium in sanctitate Perfectum
igitur et fuit secundum bonum coniugii fidem prolem et
sacramentum omne enim nuptiarum bonum ut ait augustinus in libro de bono

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

BIBLIOTHECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana

http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_334/0195

MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG